CXXVI

Anno domini incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo primo, indictione quartadecima, die quarto septembris, in Cremona, in sacrestia maioris ecclesie Cremonensis. Ibi
presentibus dominis presbitero Bnardo mansionario, Iacomo [illegible] canonico, Guillelmo de [illegible], Tomasino de Landulfis et Guaschino [illegible] testibus.
Dominus Manarinus de Manariis civis Cremonensis sponte et libere et ex certa scientia renuntiando ne aliquo casu ut modo dicere possit se obligatum sine causa ut si certe
[illegible] esse iniusta ut talis que non valeret ut quam habere non posset de iure et omni iuri quo posset se ad infrascripta tueri [illegible] premissis et pro remedio anime
sue et parentum suorum et domine Iohanne uxoris sue que in infrascriptis favorabilem se exhibuit et benignam donatione et concessione nomine [illegible] vivos que nulla
ingratitudine nullo ingenio nulloque modo aut causa valeat revocari fecit datum in dominum magistrum Iohannem bellum archipresbiterum maioris ecclesie Cremonensis recipientem pro se et
dicta ecclesia et nomine et vice canonicorum et capituli dicte ecclesie et altaris quod constructum et edificatum est in dicta ecclesia iuxta chorum dicte ecclesie ad honorem dei et beati Iacobi
apostoli gloriosi nominatim de octo libris imperialium et duobus modiis frumenti dandis et solvendis annuatim eidem domino archipresbitero stipulanti modo et nomine ut supra successoribus
in bonis et de bonis et rebus et possessionibus pertinentibus dicti domini Manarini qualia sint et ubicumque consistant quos denarios et frumentum dictus dominus Manarinus pro se et suos heredes
et qui causam habuerint ab eis modo et nomine ut supra promisit dicto archipresbitero stipulanti dicto modo et nomine dare et solvere annuatim scilicet frumentum in festivitate sancti Laurencii et
denarios in festivitate sancti Michaelis pro prebenda et beneficio unius sacerdotis qui celebrare debeat omni die missam ad dictum altare sancti Iacobi cantata missa ad altare
maius dicte ecclesie quos denarios et frumentum promisit dare et solvere ut dictum sub pena dupli dictorum denariorum et frumenti et dupli omnium expensarum inde factarum [illegible] utramque
debeat et cum effectu peti et exigi possit eo salvo quod dictus dominus archipresbiter et dictum capitulum teneantur eligere et habere unum bonum et ydoneum sacerdotem ad dictam prebendam et bene-
ficium et dictis missis cantandis specialiter deputatum qui continue residere debeat in dicta canonica non tamen sit canonicus set solo tamquam mansionarius et habere debeat distri-
butiones tamquam mansionarius candelas vero pro se et dictis missis cantandis habeat et habere debeat tamquam unus de canonicis et per omnia sit subiectus et obediens dicto archipresbitero et
capitulo eorumque successoribus sicut unus de mansionariis et divinis officiis cum aliis tamquam mansionarius teneatur et debeat interesse dummodo non impediatur quominus possit dictas missas
celebrare ad dictum altare ut dictum est ad minus cum uno ydoneo serviente quem semper teneatur habere et tenere dictus presbiter expensis dicte prebende dictus vero sacerdos
sit diligens et intentus et dictis missis omni die cantatis et celebratis missis ad altare maius predictum ad dictum altare sancti Iacobi celebrare non omittat devote
quod si quo casu omiserit dictus archipresbiter et capitulum ad dictum altare sancti Iacobi expensis dicte prebende faciant celebrari ita ut omni die missa celebretur ad illud cedente vero
vel decedente dicto sacerdote dictus archipresbiter et capitulum teneantur et debeant ad dictam prebendam et beneficium et idem bonum eligere infra mensem alium bonum et ydoneum sacer-
dotem qui predicta ut dictum est impleat fideliter et devote citando dictum dominum Manarinum et eius heredes ex se legitime descendentes ad instituendum dictum sacerdotem faciendam pro honore
et memoria dicte donationis non tamen habeant vocem aut potestatem contradicendi quominus dictus archipresbiter et capitulum dicte ecclesie possint eligere et instituere sacerdotem quem magis
crediderint ydoneum ad predicta et si predicta archipresbiter et capitulum omiserint per mensem eligere presbiterum ut dictum est dictus dominus Manarinus aut eius heredes ut supra legitur possint ad dictam
prebendam presentare bonum et ydoneum sacerdotem quem ipsi archipresbiter et capitulum teneantur [illegible] et habere in omnibus ut supra est narratum. Tempore vero vacationis dicte prebende
et beneficii dicti archipresbiter et capitulum teneantur omni die ad dictum altare sancti Iacobi facere celebrari ut supra dictum expensis dicte prebende residuo futuro sacerdoti fideliter res-
ervato et si dicti archipresbiter et capitulum predicta non implerent aut implere impedirent extunc fructus dicte prebende pro rata temporis tantum quo vacaverit applicentur hospitali quod
edificari seu construi debet in vicinia dicte ecclesie per dictum dominum Manarinum et minister qui pro tempore fuerit habeat fructus dicte donationis convertendos in utilitatem dicti
hospitalis donec provisum fuerit dicte prebende et altari ut supra est narratum et facta provisione predicta presbiter dicte prebende habeat fructus [illegible] et [illegible]
denarios et salvo eo quod quocumque dictus dominus Manarinus aut eius heredes invenerint octo libras imperialium et duos modios frumenti annuatim fictum infra [illegible] miliaria
a civitate Cremone et de eis fecerint datum in dictum dominum archipresbiterum et capitulum modo et nomine ut supra [illegible] quod valeat et teneat de iure et quod securi essent quod habere et
habere possent annuatim dictas octo libras et dictum frumentum pro dicta causa extunc dictus dominus Manarinus et eius heredes sint liberi et immunes a prestatione ipsarum octo librarum et duorum modiorum
frumenti donatarum et dicta donatio non teneat dummodo dicti archipresbiter et capitulum habeant et habere valeant dictum fictum ut supra legitur sincero aliquid offerat
dicto altari vel dicto sacerdoti eidem pro cantatione dicti altaris secundum dispositionem archipresbiteri et capituli predicti debeat debeat disponi in cantatione dicti altaris et non aliter. Et pro quibus
omnibus ipsis firmandis et firmis habendis et tenendis ipse dominus Manarinus obligavit ipso domino archipresbitero ipso nomine stipulanti pignori omnia sua bona presentia et futura
tum de quo pignore se pro eo constituit possessorem.

Ego Yvanus de Tretto notarius ab imperatore Federico huic interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Mo Ibco 3 (136)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1758443251-14/fragment/page=0001

CXXXVI

Anno domini incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo primo, indictione quartadecima, die quarto Septembris, in Cremona, in sacrestia maioris ecclesie Cremonensis. Ibi
presentibus dominis presbitero Bernardo mansionario, Iacomo [illegible] canonico, Guillelmo de [illegible], Tomasino de Landarse et Gualterino [illegible] rogatis testibus,
dominus Manarinus de Manariis civis Cremonensis sponte et libere et ex certa sciencia renonciando ne aliquo casu vel modo dicere possit se obligatum sine causa vel si causa
quod esset iniusta vel talis que non valeret vel quam habere non posset de iure et omni iuri quo posset se adiuvare infrascripta tueri [illegible] et pro remedio anime
sue et parentum suorum et domine Iohanne uxoris sue que in infrascriptis favorabilem se exhibuerunt et benignam donationem et offersionem nomine inter vivos que nulla
ingratitudine nullo ingenio nulloque modo aut causa valeat revocari fecit, datum in dominum magistrum Iohannem Bellum archipresbiterum maioris ecclesie Cremonensis recipientem pro se et
dicta ecclesia et nomine et vice canonicorum et capituli dicte ecclesie et altaris quod constructum et edificatum est in dicta ecclesia iuxta chorum dicte ecclesie ad honorem dei et beati Iacobi
apostoli gloriosi, nominatim de octo libris imperialium et duabus modiis frumenti dandis et solvendis annuatim eidem domino archipresbitero stipulanti modo et nomine isto suisque successoribus
in bonis et de bonis et rebus et possessionibus et pertinentibus dicti domini Manarini qualia sint et ubicumque consistant, quos denarios et frumentum dictus dominus Manarinus pro se et suos heredes
et qui causam habuerint ab eis modo et nomine isto promisit dicto archipresbitero stipulanti dicto modo et nomine dare et solvere annuatim, scilicet frumentum in festivitate sancti Laurencii et
denarios in festivitate sancti Michaelis, pro prebenda et beneficio unius sacerdotis qui celebrare debeat omni die missam ad dictum altare sancti Iacobi cantata missa ad altare
maius dicte ecclesie, quos denarios et frumentum promisit dare et solvere ut dictum sub pena dupli dictorum denariorum et frumenti et dupli omnium expensarum inde factarum, ita quod utriusque
debeat et cum effectum [illegible] et exigi possit, eo salvo quod dictus dominus archipresbiter et dictum capitulum teneantur eligere et habere unum bonum et idoneum sacerdotem ad dictam prebendam et bene-
ficium et dictas missas cantandas specialiter deputatum, qui continue residere debeat in dicta canonica, non tamen sit canonicus set solo tamquam mansionarius et habere debeat distri-
butiones tamquam mansionarius, candelas vero pro se et dictas missas cantandas habeat et habere debeat tamquam unus de canonicis et per omnia sit subiectus et obediens dicto archipresbitero et
capitulo eorumque successoribus sicut unus de mansionariis, et divinis officiis cum aliis tamquam mansionarii teneatur et debeat interesse dummodo non impediatur quominus possit dictas missas
celebrare ad dictum altare ut dictum est ad minus cum uno idoneo serviente quem semper teneatur habere et tenere dictus presbiter expensis dicte prebende. Dictus vero sacerdos
sit diligens et intentus et dictas missas omni die cantatis et celebratis missis ad altare maius predictum ad dictum altare sancti Iacobi celebrare non omittat devote.
Quod si quo casu omiserit, dictus archipresbiter et capitulum ad dictum altare sancti Iacobi expensis dicte prebende faciant celebrari ita ut omni die missa celebretur ad illud. Cedente vero
vel decedente dicto sacerdote dicti archipresbiter et capitulum teneantur et debeant ad dictam prebendam et beneficium et idem honus eligere infra mensem alium bonum et idoneum sacer-
dotem qui predicta ut dictum est impleat fideliter et devote, citando dictum dominum Manarinum et eius heredes ex se legitime descendentes ad institutionem dicti sacerdotis faciendam pro honore
et memoria dicte donationis, non tamen habeant vocem aut potestatem contradicendi quominus dicti archipresbiter et capitulum dicte ecclesie possint eligere et instituere sacerdotem quem magis
crediderint idoneum ad predicta. Et si predicti archipresbiter et capitulum cessaverint per mensem eligere presbiterum ut dictum est, dictus dominus Manarinus aut eius heredes ut supra legitur possint ad dictam
prebendam presentare bonum et idoneum sacerdotem quem ipsi archipresbiter et capitulum teneantur recipere et habere in omnibus ut supra est narratum. Tempore vero vacationis dicte prebende
et beneficii dicti archipresbiter et capitulum teneantur omni die ad dictum altare sancti Iacobi facere celebrari ut supra dictum expensis dicte prebende, residuo futuro sacerdoti fideliter reser-
vato. Et si dicti archipresbiter et capitulum predicta non implerent aut impleri impedirent, extunc fructus dicte prebende [illegible] temporis [illegible] quo vacaverit applicentur hospitali quod
edificari seu construi debet in [illegible] dicte ecclesie per dictum dominum Manarinum, et minister qui pro tempore fuerit habeat fructus dicte donationis convertendos in utilitate dicti
hospitalis donec provisum fuerit de prebenda et altari ut supra est narratum, et facta provisione predicta presbiter dicte prebende habeat fructus [illegible] et [illegible] illos
denariorum. Et salvo eo quod quandocumque dictus dominus Manarinus aut eius heredes invenerint octo libras imperialium et duos modios frumenti annuales fictum infra tria miliaria
a civitate Cremone et de eis fecerint datum in dictos dominos archipresbiterum et capitulum modo et nomine isto ita quod valeat et teneat de iure et quod securi essent quod habere et
habere possent annuatim dictas octo libras et dictum frumentum pro dicta causa, extunc dictus dominus Manarinus et eius heredes sint liberi et immunes a prestatione istarum octo librarum et duorum modiorum
frumenti donatarum et dicta donatio non teneat, dummodo dicti archipresbiter et capitulum habeant et habere valeant dictum fictum ut supra legitur. Si vero aliquid offerent
dicto altari vel dicto sacerdoti eidem pro cantanti dicti altaris secundum dispositionem archipresbiteri et capituli predicta debeat debeat dispensari in ornatu dicti altaris et non aliter. Pro quibus
omnibus [illegible] firmandis et firmiter habendis et tenendis iste dominus Manarinus obligavit isto domino archipresbitero isto nomine stipulanti pignori omnia sua bona presencia et fu-
tura, de quo pignore se pro eo constituit possessorem.

Ego Ylarius de Tierno notarius ab imperatore Frederico huic interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Mo. Eccl. 3 (136)

1271.
4. Septemb[er]
Cremona

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1758443251-14/fragment/page=0003